



Universitätsbibliothek Paderborn

Avgvstini Barbosae, I. V. D. Lvsitani, Pronotarii Apostolici, Olim S. Congregationis Indicis Consvltoris, & insignis Ecclesiae Vimaransenis Thesaurij maioris, Nvnc Vero Episcopi Vgentini, & à ...

In Qvorvm I. De Personis, II. De Locis, III. De Rebus Ecclesiasticis
plenissimè agitur ; Exquisitâ singularique doctrinâ refertissimi, Iudicibus,
pariter ac Patronis, tam Ecclesiasticis, quàm saecularibus pernecessarij,
omnibúsque Canonici, & Ciuilis iuris studiosis summopere fructuosi ; Cum

...

[De personis ecclesiasticis]

Barbosa, Agostinho

Lvgdvni, 1660

urn:nbn:de:hbz:466:1-14047

AVGVSTINI
BARBOSÆ,
I.V.D. LVSITANI,
PROTONOTARII APOSTOLICI,
OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSVLTORIS,
& insignis Ecclesiæ Vimaransis Thesaurarij maioris,
NVNC VERO EPISCOPI V Gentini,
& à Consiliis D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,
IVRIS ECCLESIASTICI VNIVERSI.

LIBRI TRES,

IN QVORVM { I. De Personis,
II. De Locis,
III. De Rebus Ecclesiasticis plenissimè agitur.

Call. Sac. Resv. Index, an Insignione Illm. Ferdinandi. 1664.
Exquisitâ singularique doctrinâ referatissimi, Iudicibus, pariter ac Patronis, tam
Ecclesiasticis, quàm sæcularibus pernecessarij, omnibusque Canonici,
& Ciuilis iuris studiosis summopere fructuosi.

Cum triplici Indice, vno Caputum, altero Iurium, tertio Rerum & verborum copioso.

Editio nouissima, ab Auctore recognita, & erroribus ablatis, vt iliter locupletata.



LVGDVNI,

Sumpt. PHIL. BORDE, LAVR. ARNAVD, & CLAVD. RIGAVD.

M. DC. LX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ligunt Doctores esse verum quando empor est bona fidei, aliàs imputer sibi, quia sibi cauere non fecit, ne si aliter diceremus ex suo dolo commodum reportaret, *l. planè, ff. de legat. 1. cum similibus*, aitque Bart. *mm. 2.* idem tenere Canonistas *in cap. ad audientiam, de rebus Eccles. non alien.* quibus ipse accedit. Tenetur tamen Ecclesia id solum soluere, in quo ex eo pretio est facta locupletior, vt cum Panormitaner Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 468. vers. quando alienatio.* Dec. *in l. sicuti pœna, n. 3. ff. de regul. iuris, & cons. 404. in fine*, Ludou. Gom. *in §. ex maleficiis, n. 36. Inst. de action.*

Item de pœna œconomi alienantis res Ecclesie, vel consentientis in illius alienatione, est textus *in l. subemus nulli, C. de sacros. Eccl.* ibi, *In quacunq; alienatione conferretur commissa sibi œconomi ad administrationem priuatur, de que eius bonis quodcumq; exinde incommodum Ecclesie contigerit, reformetur, haredesq; eius, & successores ac posteri super hoc facto siue consensu competenti ab Ecclesiasticis personis actione pulserur.* & *in d. Aub. de non alien. aut perm. reb. Eccles.* idem statuitur, in quo Bart. *in princ. num. 2. col. 2.* dicit quod œconomus emendando damnum Ecclesie, non cuitat pœnam, per gloss. *in c. si quis Presbyterorum, de rebus Eccles. non alien. & in c. quod sicut de* 12 *elect. Mench. illustr. c. 28. n. 3. & 5.*

Rationem autem œconomiæ coram Episcopo reddere debent œconomi, vt resoluit Bart. *in Aub. de Sanctissimis Episcop. §. œconomos. collat. 9.* faciunt quæ tradit Escobar *de ratiocin. administratorum, c. 3. n. 7. cum seqq.*

Syndici officium est causas, & lites Ecclesiasticas tractare, *d. cap. unic. de syndico*, qui ad hoc ideo est constitutus, ne Clerici, aut Monachi rebus huiusmodi se immisceant, de quo latè agunt Alc. *lib. 1. parerg. cap. 5.* Fr. Emman. *qu. Regul. tom. 3. q. 41. art. 1.* Auiles *ad cap. 22. Prætorum. Azeued. ad Curiam*

Pisanam lib. 2. c. 18. n. 14. & 43. An autem & quando ex syndici contractu, & obligatione, monasterium, ciuitas, vel alia vniuersitas obligetur; vnde Gail. *de arrestu Imper. cap. 19.* Nicol. Lofe *de iure Vniuersitatis, p. 3. cap. 4.* Matth. Coler. *de process. exec. p. 2. c. 3. n. 37. cum seqq.*

Vicedomini officium est curam domus Prælati regere, & hospitibus superuenientibus, vel causis, quæ eueniunt, paratum existere, *c. volumus, 89. dist.* vbi gloss. explicat Vicedominum idem esse ac œconomum rerum Episcopaliū, qui Episcopaliū, & hospitibus superuenientibus provideat, vnde patet qua ratione, licet non ex iustitia, si nomen *Iustitia* omnino strictè sumatur, teneatur tamen ex fidelitate, quæ etiam sub iustitia non tam arctè sumpta comprehenditur, in contractibus, & negotiis gerendis spectare maxima commoda sui domini, quia etiam ad hoc principaliter ex officio suo non teneatur, teneatur tamen secundariò, ex tacita quadam promissione, qua dum officium suscipit, censetur se adstringere ad curandam summam veritatem domini, quantum commodè, seu communi diligentia poterit. Ita Less. *de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 8. num. 57.*

Maiordomus, Præpositus, Oeconomus, & Vicedominus iidem sunt, & per illos intelligitur quilibet Ecclesiasticarum rerum administrator, *cap. saluator, 4. q. 3. cap. consulete, de simon. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. cap. 29. n. 8.* qui cum in Conimbricensi Academia Sacræ Theologiæ in primaria Cathedra Professor emeritus extitisset, sacrarum & humanarum litterarum eruditione & cognitione clarus, pluribus, scriptis feliciter, & vtiliter in lucem editis, vir abstinentis, orationi deditus, & pœnitentiis assuetus, valde senex Vlyssipone magnis relictis Sanctitatis indicis deuotissime in Domino obdormiuit, anno 1617.

Coll. Ser. Jssu Paderb. ex donatione Ill. Ferdinandi. 1664.

F I N I S.

